fridricus imperator sueviam intra-
vit et heinricum regem, filium
suum, captivavit et in exilium
misit et cůnradum, filium suum,
fratrem predicti h., regem consensu
principum constituit. MccXXXVIII
fridricus longabardiam intrans
mediolanensium XVI milia occi-
dit. MccXXXIX Gregorius papa post
multam discordiam fridricum excom-
municavit. MccXLI tres cardinales
cum abbatibus cluniaci, cistercii,
premonstrati venientes in auxilium
apostolici ab imperatore fridrico cum
multo thesauro captivantur. Grego-
rius papa moritur. MccXLII colo-
niensis et moguntinensis episcopi
impugnant imperatorem, coloniensis
episcopus capitur. MccXLIII inno-
centius papa substituitur, cum sedes
duobus annis vacasset. MccXLV in-
nocentius quartus papa lugduni
protulit sententiam depositionis
in imperatorem, ipsum imperiali dig-
nitate et nomine spoliando. Porro
cause depositionis in predicto concilio
exprimuntur, videlicet periurium,
pacis et treuge frequens violatio,
cardinalium captivatio, multorum